



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

§. 31. B. Mariam Virginem honorandam hortatur, ejusq[ue] figuras & laudes ex sacris literis & vaticinijs prophetarum deprædicat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

*a* Concelebrant, semperque Dei, magnalia  
cantant,

Ipsorum, pro fine bono pia vota precare,

*b* Quos tibi Fautores reddes, exempla se-  
quendo:

*c* Quid non fecerunt Sancti, dū vita manebat?

Quid non petessi, raperent ut præmia Cæli

*d* Experti laqueos, gladios, et gasta, furcas,  
Ignes, ac lapides, virgasque, Rotasque, Cru-  
cesque

Pauperiem, exilium, frigus mortesque pro-  
brofas,

Et miseram in Mundo vitam, cum morte tra-  
hebant

Et tu, credo, voles ipsorum sorte beari?

Hanc sperare potes, vitam moresque se-  
quendo:

*a* Apoc. 5. *b* I. Corinth. II. *c* Sap. 3.

*d* Habr. II.

§ 31.

*Beatam Mariam Virginem honorandam hor-  
tatur, ejusque figuras et laudes ex S.*

*Litteris et Vaticiniis Prophetarum  
depradicat.*

Ne timeas MARIA, invenisti gratiam apud

Deum, &c. Spiritus S: superveniet in te, &c.

Virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c. *Lu-*

*ca. IV. 30. et 31.*

D 5

Præ

**P**Ræ cunctis, Christi Matrem, tibi quære  
Patronam.

Est pia, compatiens, est clemens atque benigna,

*a* Est Virtute potens, petit, impetrat omnia,  
quæ vult!

*b* Hæc Christo vicina sedet, Triadique supremæ.

Postquam Cœlorum, & Terræ moderatur  
habenas

Despicit haud ullum, cunctis solatia præstat,

*c* Astat in adversis, & mortis protegit hora;

Nec sibi devotos, patitur sentire tenebras

Æternæ mortis, lætos sed ducit ad Astra:

*d* Laus omnis, debetur ei, quæ Corpore Christi  
flum

Gessit, morte sua, qui nos à morte redemit:

*e* Pacifera hanc signat, dimissa Columba Noë  
emi,

*f* Arca Dei, tum *g* Scala Jacob, Vellus *b* Ge-  
deonis,

Et *i* Lignum vitæ. Navisq; *k* cibaria portans,

Tum *l* Rosa de Jericho, in Bethlem *m* Cister-  
na Davidis.

Fons

*a* Ioan. 2. *b* S. Bernard de Assumpt. B. M.  
V. Ser. 1 *c* Ioan. 19 *d* Luca 11 *e* Gen. 8 *f* Exod.  
25 *g* Gen. 28 *h* Iudic. 6 *i* Gen. 2 *l* 3 *k* Pro-  
verb. 31 *l* Eccles. 24 *m* 2. Reg. 23.

Fons *a* ob signatus, revirescens Virga *b* Aar-  
nis.

Hortus *c* conclusus, veri Paradyfus *d* Adami,  
*e* Manna pluens Coelo, Rubus *f* incombustus  
ab igne.

*g* Arcus Coelestis, Divini foederis index,  
*h* Stella ferens lucem, Arca *i* Noe, Jesseia *k*  
Virga,

*l* Porta reclusa Deo, quam non pertransijt al-  
ter,

*m* Nomen Evæ impositum, quando appella-  
ta Virago

Vivorum Mater, Mulier, *n* quæ conteritura  
Serpentis caput, insidias victura maligni,

*o* Confurgens Aurora, nitens *p* Sol, Luna *q*  
decora,

*r* Mons Libanus, procera Cedrus, Templum  
*s* Salomonis,

*t* Suspirans Turtur, sponsi *u* gratissima spon-  
sa,

D 6

*a* Abi-

*a* Cant. 4. *b* Numer. 17. Hebr. 9 *c* Can.  
4. *d* Gen. 2 *e* Exod. 16 Deuter. 8. Ioann. 6. *f*  
Exod. 3. A Hor. 7. *g* Genesis 7. *h* Eccles. 50. *i*  
Genesis 6 *k* Isa. 13. *l* Ezech. 44. *m* Genes. 2  
*n* Genes. 3. *o* Cant. 5. *p* Cant. 9 *q* ibid. *r*  
Eccles. 24. *s* 3. Regum 12. *t* Cant. 28 Can-  
tic. 24.

*a* Abisag, *b* Abigail, *c* Iahel, *d* Hester, *e* Debora, *g* Iudith,

*f* Gratia divina, implevit pia viscera cordis,  
Qua plenā, Gabriel divino affatus ab ore est,  
Semper Honos, Nomenque ejus, laudesque  
manebunt,

Hinc nunquam cessa Matri servire MARIÆ,  
Impensum Officium, magno quæ fœnore  
reddet.

*a* 3. Regum. *b* 1. Regum 25. *c* Iudic. 4.  
*d* Esther 8. *e* Iudith. 42. *g* Iudith. 13. *f*  
Luca, 1.

§. 32.

*Praecipit carnalium Appetituum mortificationem, & salutare sui odium.*

Si secundum carnem vivetis, moriemini,  
autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis, Rom 8. v. 13.

*a* **C**orporis atque animi, vitiosos compime motus.

*b* Et, quæcunque facis, rationis subijce freno,  
Nec victus cedas, quantum vis urgeat hostis,  
Ne malefuada Caro, Sathanas, Mundusve  
triumphent,

*c* Molliter haud tracta, nimium nec dilige corpus,

*a* Coloss 3. *b* Gen. 4. *c* 1. Corinth. 9.

*a* Spi-